



Dissert. theot. Vol. 35

einzeln verzeilt 4. III. 1415.

~~Ex~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VI-15.
SIGNAT. 1515 CCCXIII.



בש חקבה

מִזְמֹרֶת

Sive

DISPUTATIO PHILOLOGICA

De

Diluvio ^{De} Mosaico,

Ex

Gen. VI. cap.

Qvam

IN ILLUSTRI LEUCOREA,

PRAESIDE

M. CHRISTOPHORO Reughlin/
Tubingensi,


Publico examini sicut

SALOMO HENRICUS VESTRING,
Pernaviā-Livonus.

*Ad diem 15. Aug. Horis Locoḡ confuetis
A.O.R. MDC LXXXV.*

WITTENBERGÆ,
Literis BRUNINGIANIS.







L. B. S.

De diluvio dicturis, tantus Re-
rum Oceanus oblatus est, ut illum angustis, qui-
bus constringimur, chartis includere velle idem
sovet, ac tentare immensum mare exiguo com-
prehendere scrobiculo. Quapropter vitio nobis non vertet
Æquus Lector, si non omnia quæ de Diluvio dici poterant
aut debebant, dicta à nobis sint, & nihil aliud expecta-
bit, quam Physicam Abyssi Terra & Fenestrarum Cœli
Considerationem, & Historicam illius questionis: An No-
achicum Diluvium gentibus ignotum fuerit? Enodationem.
Sit igitur **אָהָן**

SECTIO I. HISTORICA.

Theor. I.

Diluvium, græce παταχλωσθείς, quod à παταχλύσσει, aqua-
rum proluvio eluo, submergo, & hoc à πλύνει abluo,
eluo, proluo: Hæbraice מְבֻלָּה à Radice בָּלָה cecidit,
sic dictum quod omnia fecerit concidere, juxta Buxtorfium in
Lex: ejusmodi inundationem terræ, qva terra prorsus inundatur
& obtegitur, ut nihil amplius istius appareat, hic denotat. Ejus

A 2

histo-



Historiam Moses Gen. VI. exhibet. Hæc, per communem traditionem, sicut plura alia ex S. Literis, ad Gentes propagata, variis modis, ut fieri solet, corrupta est & depravata: non aliter ac flumina postlongo tractus & cursus in fine limosa redduntur, quæ limpida in fonte fuerunt. Hinc est quod plurima diluviorum adud Poetas & Historicos recensentur genera, temporis, personarum atque loci circumstantiis, distincta. Quinque celebriora recensentur apud Xenophontem lib. de æqviv: Primum Ogygia prisci temporibus accidit, alterum Nilianum Herculis & Promethei ævo, Tertium sub Ogyge Attico, quartum Thessalicum sub Deucalione, quintum Pharonicum, quo Pharos insula propius accessit

(a) I.3. Dio. ad terram Ægypti. (a) Nonnus tres recenset Cataclysmos, Ogygium, Deucalioneum, & Dardanum. Abidenus præterea atque Alexander Polyhistor in fragmentis à Josepho, Eusebio, & Cyrillo Alexandrino servatis, Assyriati memineunt diluvii, quod Regis As-

(b) I.18. de syriorum Xisuthri ævo evenisse tradunt.
C.D. c. 8.

II.

Distincta hæc fuisse diluvia & alia à Mosaico etiam ex Christianis plurimi sunt, qui credant. (b) Augustinus Noachicum (c) in Coll. diluvium gentium historiis fuisse ignotum dicit: Distinxunt Mſerr. An- etiam hæc diluvia Alfonſus Toſtatus, Pererius, Torniellus, Salatiq. N.T. nus, Spōndanus Genebrardus, Conimbricenses, & ex nostris B. A. Tit. Kæra- Hunnius à Beat. Domino Stolbergio, Praeceptore desideratusimo. κληρος. (c) citati. Nec disentire videtur Bochartus (d)

(d) P. I. Geo-
gr. S. L. I. c. I.
p. 5.

(e) His. Phil. I.2.c. J. Annii Viterbiensis Monachi partus, hominis, Georg. Hornii judi- i. p. 63. c. (e) non indocti, ceterum ingeniosissime nequam. Is enim, (f) Ifag. Calvisii (f) verba sunt, dum gloriam grandam aucipari conatur, cu- Chronol. c. dit Patrum nostrorum memoria novum quendam Metaphenem, Berd- s. p. 121. sum,

III.

sum, Menathonem, Philonem &c. quos Commentarius auctos in publicum emisit, & premisis horum autorum titulis tori fere mundo imposuit. Hinc Isaacus Casaubonius: Annium nugatorem & mendacem. (g) Exee. 3.
atque suppositios illos libros, spuriissimas Annianarum Fabula- in Baron.
rum lacunas & fadusima mendacia vocare non veretur. Si laminas
illas ex Hebreæ & Chaldeæ lingva, si ingenium stylumque illorum
autorum inscriptis istis latitantem, quis objiciat: Stamus
G. Hornii (h) decreto: Annium aliquid antiquarum chartarum (h) I.c.p.64.
adulterâsse, atque quod Gasp. Barthii (i) judicium est, interpolati (i) animad.
tos universas illos autores, rupitos, fractos, [minime]que bonâ fide ad Gall.
aut intelligentia translatos esse. Impostorem tamen Annium Conf. Seru.
fuisse, & vanissimo gloria studio actum, vel solum commentum c. 3.
docet, quo Viterbiensibus istud oppidum bis mille annis ante Ro-
mam conditam ab Iside & Osiride extructum fuisse, persuadere
voluit, (i)

IV.

Nec Poetis & scriptoribus ethnicis, qui eeu distincta hæc
referunt diluvia, major haberi fides potest. Cum enim de
primorum temporum historia nihil certi ipsis constaret, per tra-
ditionem tamen quædam ad ipsos propagata essent, suis illa
fabulis corruerunt, & ad suam quicve gentem transtulerunt. Vana scil. & gloriosa Græcorum natio sumiam sibi antiquitatem
semper arrogavit, ideo non solum omnis Philosophiæ, politæ-
que Literaturæ, sed etiam humani generis autores graci esse vo-
luerunt. Hinc cum aliquid quasi per nebula de Noahico illo Diluvio inaudivissent, ad se rapuerunt, quod aliorum fuit, &
quod de Noacho S. tradidit Pagina, ad illos, quos suæ gentis
credebant autores, mendaci ambitione trahebant, eosque ex u-
niversali illa clade solos manifisse superstites narrârunt. Idem
observamus apud alias gentes, inde enim Asyrii sui Regis Xisuthri
ævo accidisse memorant, quod revera cum Noacho contigit.
Præterea licet præfacte negare nolimus, particulares quosdam

A 3

inter-

(i) vid. An-
ton. Auguſt.
Anr. Rom.
Dial. II.



interdum accidisse Cataclysmos, satis tamen notum est illos, a-
liosqve eorum exemplum sequutos, ea qvæ magnis terrarum spa-
tiis pluribus etiam seculis distincta fuere, ita confundere, ut co-
(k) *Præf.* qvis jura solent. ¶ Egregie hanc in rem Edm. Dikinson (k)
Delph. Phæ- Graci profectio levia, inconsans, mendax, superstitiosa gens
niz. semper habiti, qui ~~marthagæ~~ ^{διδόντων} Veritatem novi subin-
de figmentis ita immixtrunt, & penè obliterantur, ut (quod illius in op-
probrium veritatis Saiticus ille Sacerdos) μάρτυς χρέων πολὺν οὐδὲν, nullam
disciplinam vetustate canam habere videantur. Si enim larvae,
qvas veritati, (ne ciuicis innoferet) invidia prætendit detraha-
mus: & qvas error accumulavit fabulas amoliamur, græci utique non
desuisse δεκαῖαν ἀκένην, παλαιῶν διξαν doctrinamque ab antiquissi-
mo Veritatis & Sapientiae promis condu acceptam pro comperto erit: &
deo ut sani videri græci possent nisi delirassent. Infinita hujus non
tantum vanitatis, in deducendis v.c. Chaldæorum ex Græcia Ety-
mologiis, sed etiam corruptionis atqve confusionis exempla ap.
(4) II. cc. Vossium de Idol. Bocharum, Hornium, Dikinson (1) aliasqve videri
possunt.

V.

Tentabimus ergo & hîc illas vel invidiae vel erroris larvas de-
trahere, satis, ut speramus, apparebit: vel facta omnia esse & re-
fectis fabulis nihil reliquum manere; vel Noachus ejusqve dilu-
vium, aliis nominibus fabulisqve ante involuta, in prima sua &
antiquissima simplicitate ob oculos sistentur. Easd em enim re-
periemus apud scriptores profanos circumstantias, cum illis, qvæ
Mosi sunt proditæ. Sub variis etiam nominibus, Cæli se: Solis,
Saturni, Jani, Xisuthri, Prometheus, Ogygia, Deucalionis, Bauchi,
Noam gentibus fuisse celebratum laudati modo Viri fatis de-
monstrârunt. Quid igitur obstat quo minus cum Davide Chy-
treo, Salmasio, Vossio, Grotio &c. Ogygium, Deucalioneum & Xi-
suthri diluvium unum duntaxat esse dicamus, atqve idem cum
universalí illo, quod Noachi temporibus accidit.

VI.



VI.

Primum de Ogygio Diluvio nobis erit dicendum. Xenophon
est. distingvit Diluvium sub Ogyge prisco ab eo quod sub Ogyge Ar-
tico contigit, diluvium tamen istud, atque Ogygem priscum ita
describit, ut non alias sub isto nomine nisi Noahus cum suo di-
luvio lateat. Cum scil. de Diluviis loquitur, Plures, inquit, in-
undationes fuerunt. Prima Noeimestris inundatio terrarum sub
prisco Ogyge. Terrarum inundationem vocat, quia omnes similes
terras obruit, reliquis vero diluviis, quae particularia facit, à locis,
qua subruerunt, denominationem tribuit. Universalis vero sive
Terrarum innundatio Noachica fuit. Epitaphium autem Nini, quod
apud ipsum est, ita habet: Mibi Pater Iapetus Belus; Avus Satur-
nus Babylonicus. Proavis Chus Saturnus Äthiops: Abavus Satur-
nus Ägyptius. Atavus Caelius Phœnix Ogyges. Quis autem Sa-
turni Ägyptis, sive Chani, Pater ille, Caelius Phœnix Ogyges nisi (m) Diatri-
Noachus. Caelius atque Cœlum dictus, idque, ut Dikynsen ex Be- de Noe
roso refert, quia Astronomiam docuit.

Nom. Ethn.
P. 21.

VII.

Ogygium alterum ex Noachi historia interpolatum esse clas-
sisimum est. Ogyges hic Boeotiae Rex diciur, Diluvium sub isto
532. annis post Noemicum ex Acusilai calculo, & 248. ante Deu-
calionem evenit. (m) Sed circumstantiae ostendunt satis græcis (m) Conf.
corum hoc esse commentum, quia quod quasi de manu in manum Petavius
aceperant de universali diluvio, illud accidisse finixerunt sub O-Rat. Temp.
gyge suo. Licet enim minus de illo græcis consisterit, utpote P.z. L. 2. c. 3
Deucalioneo antiquiore, tamen ut universale describunt. Suffi- p. 93.
ciat hic nobis Nonni (n) testimonium.

(n) L. 8.

Πρώτε τῷ οὐρανῷ εἰπεῖν, οὐλαδοντῷ Κατέκλησεν ἐθεγίνεις κόσμου
Θεογ. ἡλιαζόμενο δι θύεται οὐρανοῦ πέμπτων
Χθὼν ἐπ τοῦ θεοῦ πάντων. Κατέρρυπτος ἀκεσθὶ πέμπτης
Θεοσυλιθος κεκάλυπτο, οὐκούνιψος πυρίσσεις ἀκεψεύ.

VIII.



VIII.

Plura Græci tradunt de Deucalioneo Diluvio, si tamen omnia conferamus cum ipsis, quæ de Noemico Moses docet, vix ovo similius apparebit. Causa immisji diluvii juxta Moysen homiū fuit impietas. Ita etiam Lucianus de Dea Syria; Εκείνων δὲ τοῖς αἰσθάνοντας πάθε μαθέονται. οὐδεις γε καρπὸν εἴσεσθαι τούτοις οὐδεποτέ θέλει, αἴσθησις ἐγένετο περισσότερον, οὐδὲ τὸ δέρμα ἀφύλασσον οὔτε ξενινούς ἐδέοντα. οὔτε οὐδεποτέ, αὐτὸς φίλος γενεράλη συμφορῆ απίκετο. Multus etiam est Ovidius in describenda hominum illius aetatis malitia, & tandem (o) Jovens sic loguentem introducit.

(o) Metamorph. l. i.
fab. 7.

Occidit una domus: sed non domus una perire
Digna fuit: quā terra patet fera regnat Erinnys,
Infacinus jurasse putas: dent ocyus omnes
Quas meruere pati, (sic stat sententia) pœnas.

Diluvion qui diluvio superstes manxit. isdem apud græcos & latinos elogiū ornatur, qvā Noacho Moses tribuit, ut huic Deucalionis nomen accommodatum esse nemo non videat. Juxta illud Philonius, ab Edm. Dickinson (p) citati, τοῦτον Εὐλυνὸς μὲν δοκιμάσων, χαλδαῖος δὲ Νοέ επανομάζειν; εφ' ὧ τὸν μέγαν κατακλυσμὸν συνίθη θύεσθαι. Lucianus etiam de suo Deucalione l. c. dicit: Δοκιμάσων μὲν οὐδεποτέ τὸ θύενδε δέ τέρπην εὐθελήνε τὴν παραβίᾳ οὐνα. Ovidius etiam (q)

325.

Non illo melior quisquam aut amantior aqua
Vir fuit, aut illâ reverentior ulla Dearum.

& vers. 326. Innocuos ambos, cultores Numinis ambos, vocat Diluvium Mosis universale est. Et clarissimis verbis Deucalionei universalitatem describit Nonnus dicens:

Δέντερος διμεροῦς ἔην οὐτε πικλαδοῦς αὐτοὶ γαῖα
Χένματι λυστέοντι πατέρου φε δίστυφοι ὑδωρ
Δοκιμάσων δὲ μόνον οὐδεποτέ ηλικι πύρη
Οὐδυμένων μερέσπων ὅντι λαβέσθαι κυλάδι τέμνω
Χείμων πελμάδιστον &c.

Deuca-

Deucalionem solum hominum relictum fuisse Luciam modo verba erant. Ovidius similiter (r) famque mare & tellus nullum discriminem habebant: Omnia pontus erat, deerant quoque littora ponto.

(r) II. c. 8.
29. 92.

Et (s)

Hic ubi Deucalion, nam cetera texerat equor,
Cum conforde Tori parva ratevectus adhescit.

(s) vers. 218

Et necessaria generis humani, lapidum jactu facta, reparatio, quid nisi universalitatem hujus diluvii indicat. Modus denique servations utrinque idem describitur. In area servatum Noam fuisse cum uxore & liberis Moses recenset. Lucianus cit. l. vocat μεράλην λάργανα. Δάργαν αυτεν & κυβον (qvā voce reddiderunt LXX. Hebraic. כְּבָר, qvāque in hoc argumeto utitur Lucianus in Tēmone.) Hesychio idem significavit. Arca in montibus Armeniæ dicitis Ararat seu Gordiæi substituit. Parva illa, ut Ovidius vocat, Deucalionis ratis in altissimum Thessaliam montem Parnassum delata dicitur. Conveniunt igitur servations locus generalis, specialis mutandus erat, qvā græci gloriam aliis debitam sibi tribuebant. Omnem autem, si quis adhuc supersit, scrupulum tollere possumus per seqventia Luciani & Plutarchi loca. Hic quid l. c. ita: οὐδὲ σωτηρίην, οὐδὲ ἐγένετο. λάργανα μεράλην, τὸν δύτη τὴν οὐρανοῦ δε οἱ απίκουτο σύει, οὐδὲ ἵπποι, οὐδὲ λεόντων ψύχει, οὐδὲ ὄφεις οὐδὲ αἴλαι, οὐδὲ τὸ γῆγεν νέμονται πάντες οἱ ζῷα. οὐδὲ πάντα εἰδένετο. οὐδὲ μητὶς οἰνοτο, αἴλαισθισι μεράλη διόθει φιλιή ἐχνετο. καὶ ἐν μητὶς λάργανα πάντες ἐπλασται οὖτε τὸ οὐδωρ ἐπεκριπτε. Hic vero (t) Οἱ μιθρό-
γοι τῷ Δεκαλιῶνι φασὶ περιεργάν ἐκ τῆς λάργανθ σφι μητὶς δηλων. (t) lib. de
μητὶς μητὶς, χειμῶνθ μητὶς πάλιν ἐνδυομένην εὐδίας διατηλάσσουν. solert. ani-
malium.

IX.

Sed ad illas, qvæ restant, inundationes pergendum nobis est. Niliana Promethei aero facta, vel nudum est figmentum, vel hic

B appa-



apparent reliquiae quædam Veteris traditionis de diluvio sub No-
acho. Illud quidem asserendum videtur, si fidem merentur, quæ
Ægyptii Sacerdotes apud Platonem in Timæo jactitant. Diluvia
scil. nunquam Ægyptum attigisse, impossibile esse terram Ægypti
aquis submergi, & ideo ipsos solos servare antiqua monumenta.
Hoc vero si Noah sub Prometheus nobis adumbrari consideremus.
Si enim Prometheus est, qui ante malum sapit, si condidit genus
humanum, ejusque uxor est Asia: Quis erit Prometheus nisi No-
achus? qui divinitus edoctus se iusque in arcu servavit, alter hu-
mani generis parens, qvod omne ex Asia suam trahit originem.
Qvod vero Japeti filius dicatur confusio est in hujusmodi rebus

(u) *Conf. Vessiſſus l. I.*
de Lisl. c. 18.
p. 142. non infreqvens. (u) De Pharo autem Insula quæ traduntur fa-
bulosa sunt. Homeris commentum est illam noctis & dici cursu
ab Ægypto distasse. Ægyptum enim in eodem semper fuisse situ
velex *Pſal. XXXVIII. 12.* clarum est, ubi Mosen in campo Taneos
(quæ Ægypti olim regia fuit, non procul à Tanitico Nili Ostio)
fecisse mirabilia dicitur: Et Pharum insulam mille passibus ab
Ægypto disparatam semper fuisse, constans est antiquorum pariter
& recentiorum Geographorum traditio, qvos videre est apud Bo-
(x) *I.c. P. 1. chartum* (x) Diluvium denique Dardani, qvod antiquissimi Phry-
c. 24. p. 296. giae Regis ævo contigisse narrat Nonnus, cum ab ipso ut univer-
ſale describatur, (ita enim de eo:

Καὶ Τελατὴ Διὸς ὅμβρος, ὃ τε χῶνος ἐκλυστον ἔδην
Καὶ σκοπέλους ἔκρυψεν. Αἰσταλαδὲ δε καὶ αὐτῆς
Ἄβρυχα σιδωνίς ἐκαλύπτειο νῦντα πολώνιον,
Τύπαιος πτε χόμια Διορχέων νιφέτοι
Δάρθεαν δέχαμης ἐπιβησιο γεῖτοι τοιοῦτον.

velex Noachico interpolatum, vel omnino falsum esse nemo non
videt.

X.

Restat adhuc *Xiphobri diluvium*, de quo asserti nostri supra pro-
positi veritas nunc demonstranda venit. Deum Noachio diluvium
prædi-



prædictis illumque in arca se suosque & singulas animalium species conservasse Scriptura S. nos docet. Ita Alexander Polyhistor (y) apud Cyriillum σωζεῖνα τὸ Στρέθει περιεγέλλει λαβεῖ αὐτὸν Κέρον (y) contra τὸ ἑστέμενον, οὐδὲ τὸ περιεχόντα ναυπηγίου θαλάσσαν, οὐδὲ πεπληγόν, *Jul. l. 1.* ἐπειδὸς τε τὸ κτύνεον πλῆν τὸ αὐτὸν. Et Abydenus apud Eusebium de Præpar. Evang. Κέρον περιεργάζεται μὲν ἑστέμενον πλάνθει οὐδεπον. Sub Saturni nomine gentiles & Noachum & Adamum, fortassis etiam Abrahamum coluisse non ignoramus, aliquando tamen per Κέρον Græcos intellexisse verum DEum (quia II & El Dei apud Syrost Ebraeos nomina Saturno tribuunt juxta illud Philonis, ἵλον τὸν οὐδὲ Κέρον. Et Damasc. apud Phot. Φόνικες οὐ Σέργη τὸν Κέρον Ήλιον επεργάζονται) extra controversiam est. Noachus emisit ex arca columbam ad explorandum an aqua diluvii recesserint, & tandem in montibus Armeniae cum arca subsistit. Similia tradit Abydenus. Sed Xisuthrus Rex in Aquilins ἀρέπλωτος οὐ περι αὐτῷ ιδεν καταλαμβανε τὸ in θεοῦ: τελέντος δὲ ημέρας ἕπεται οὐρανοταπει μεσήν τοῦ θεοῦ Θεον περιποιούμενος οὐτε γὰρ οὐδὲ Κύματα θεοντας αἱ διαδεχομένες φέρει πελάζει οὐχι τοῦ θεοῦ οὐκ καθερνύσσονται, οὐδὲ τὸν Στερεόν οἵτοις ουμαίονται, οὐδὲ οὖτοις αὐτοῖς ἔτεροι. Ut adeo vero simile sit Xisuthrum ab Ebraeo νῦν derivatum esse quod Noachus primi & posterioris mundi fuerit veluti postūs & janua (z)

(z) Conf.
Bochartus
l.c.c.l. p. 5.
& Dikinson
Diarr.
cit. pag.

SECTIO II. PHYSICA.

I.

SED de hac quæstione hæc sufficiant. Videbimus porro, quantum per paginarum angustiam licet, Diluvii Materiam, quæ cap. VII. v. ii. proponitur. Rupri sunt omnes fontes abyssi magnæ & Gateratæ Cœli apertæ sunt. Ad qua Verba SUMME REVERENDUS DN. D. JOH. ADAM. OSIANDER PATRONUS, PRÆCEPTOR ET PROMOTOR AETERNUM DEVENERANDUS



(a) *Comm.* DUS ita (a) RUPTI SUNT, diffiderunt, vel aperuerunt se, à Deo
adb. l.p. 139. diffisi sunt, FONTES fontium repagula & minuta foramina
ABYSSI MAGNAE, aquarum in cavitate terra & intra illius viscera,
ET CATARACTÆ, fenestrae coeli, nubes dense in celo & copiose
divina vi collectæ, APERTÆ SUNT, solutæ sunt, ut non plu-
re sed inßar Nili torrentes ex celo præcipites immani fragore ruere vi-
deantur. Naturæ igitur obsequiosa usus est Deus, & per naturalem
materiam edidit super naturales actiones. Ex natura igitur FON-
TES ILLI ABYSSI MAGNAE ET CATARACTÆ COELI
explicanda veniunt.

II.

Abyssi sunt maxima aquarum promptuaria intra terram
(b) lib. 3 contenta, qvæ KIRCHERUS (b) vocat HYDROPHYLACIA. Cellaria sunt ingentis capacitatis, lacusque subterranei,
Mundi sub-terr. & I-
fontium fluviorumq; aquam subministrant, qvam continuata semper
in terrestri per circulationem ex Oceano repetunt. De horum hydrophyllaciorum existentia dubitare neminem permittunt continuus flumen
pasim. in mare, sine ejus exundatione, exoneratio; Voragini, Vor-
ticesque imperscrutabiles maria absorbentes; Continuò ex terra
effluentes aquæ, & in metalli fodinis scaturientes rivuli & fontes;
Lacus qui emittunt fluvios neque illos recipiunt. Non tantum
minores ut *Odojum*, *Adac*, *Oséra*, sed etiam majores, ut *Chiamy*,
Cincuyhay, *Titicaca*, *Nicaragua*, *Iroquois* & *Annibi*. Lacus denique,
(c) vid. V. 4- subrutis terræ motibus urbibus, emergentes. Qvomodo vero com-
reniu Geo- munient cum mariis, non ita facile cuivis apparet, igitur, qvæ
gr. Univ. l. 1. prolixe hic differunt Physici, in compendio exhibebimus.
6.15. prop. 4.

III.

p. 210. Geocosmus, non sicut terreus atque ex luto à figulo formatus
(d) Kirche- globus prorsus solidus est, sed innumerabilibus canaliculis ducti-
nu M.S. l.c. bus interstinctis, innumeris ingentium aquarum receptaculis divi-
& Itin. fusi, immensis cryptis instructus, qvæ totius naturæ sunt seminaria.
Terr. Itin. Aqua vero omnium miscibilium præcipuum est, omnium mixto-
z. Dial. 2. c rum corporum constitutionem ingrediens, omnium elementorum
z. p. 557. & commune vehiculum, cunctorum vegetabilium, animalium, mi-
alibipasim. nera-



neralium nutrimenti, naturæ qvoddam veluti gluten & vinculum
indissolubile. (e) Unde unum cum Terra Globum constituit, non
saltem externam illius peripheriam ambiendo, sed interiores pe- (e) *Ibid.*
nitralium recessus admirando qvodam motus processu permeant al. 1.c. t. p.
do: qvo eò facilior & intimior in qvibuscunq; generationibus 542. David.
fieri posit permixtio.

IV.

Bekius Ex-

perim. circa

An autem Oceanus peregni circulatione sub axe boreo in- Princ. C.N.
genti voragine absorbeatur, per qvam, tanquam ingens orificium. l. 2. p. 333.
qvoddam aqvæ ductus subterranei principalissimum, sive canalis seqq;
subterranei abyssi magnæ, aqua, in occultas terræ cavernas, ac cœ-
cas latebras & naturæ subterraneæ conclavia derivata, tandem sub
opposito australi axe exitum suum inveniat? non disputabimus.

(f) Licet illam præter Miceri-cum-Macrocosmo analogiam, incita- (f) *Kirche-*
tissimus ille & vehementissimus aquarum versus polum arcticum 19 I.T. *Itin.*
tanquam in centrum nitentium, nullo etiam flante vento observa- 2. *Dial. 1.*
tus, cursus: nec non vehementissimus pariter & impetuosisimus cap. 1.p. 543.
circa polum antarcticum versus boream æstus, qvem nec validissi- & *Dial. 2.*
mus ventus superare, nec fortissima navis sustinere potest proba- 6. 2. p. 566.
bilitate satis declarant. Certum tamen est, fundum maris innu-
meris hiaticibus, voticibus & voraginibus veluti cribrum pertusum
esse, qvibus, tanquam venarum in Microcosmo ductibus, aqua per
universum telluris corpus distribuitur, & in hydrophylacia depor-
tatur. (g) Cum seil. æstu sive fluxu & refluxu concitatus Oceanus, (g) *Ibid. Di-*
aivarum instar montium excurrentium mole aggravatur, tum al. 3.c. 2. p.
pondere suo humorem in subjectis sibi canalibus per aperta fundi 632. seqq.
orificia premit, & aqua inter canales subterraneos coarctata, & su-
perveniente novo semper & novo aquarum affluxu pressa, tandem
intrahydrophylaciâ à natura constituta exoneratur (h).

(h) *Ibid. Di-*

al. 1.c. 1. p.

Nec est, qvod quis timeat, terram tot meatibus perfossum 544.
subsistere non posse. Quo modo enim illud rueret, quod potens Dei
excelsa dextera in effabili opificio, inviolabilis soliditate firmavit. (i) Et (i) *Ibid. Di-*
si communicant per subterraneos canales maria; si fluvii qvidam al. 3. c. 3. p.



in medio itinere sub terram se condunt, &c per longos subterraneos
ductus delati alio rursus loco tanquam novi fluvii, ut *Niger Africæ*,
Tigris Mesopotamie, *Alpheus Achaie*, *Quediana inter Lusitaniam &*
Varen. l. 21). Boeticam aliquæ (k) egrediuntur, ita ut nihil eorum quæ timeri &
i. C. II. c. 16. objici circa ejusmodi canales solent, terrarum v. c. exolutio & lapsus,
prop. b. p. 236. contingat: Cur propterea meatus maris subterraneos rejiceremus.

VI.

Qyod vero aqua illa in hydrophylaciis contenta reseratis
claustris terram obruerit, divina vi factum esse, nemo non videt. Li-
cet forte subterranei ignis astus insoliti, quibus mota hæc Geoco-
smi hydrophilacia intume fiunt, ebulliunt & exundant, ceu mini-
stris causas à Deo adhibitos fuisse, dicere possimus. Videmus enim ex

hydrophylaciis calore subterraneo in vapores elevatas aquas & fri-

(1) Hamel. gore circa terræ exteriora densatas fontes, si non omnes plurimos
Op. Phil. T. 1. tamen, efficere; (1) Videmus concussis per subterranei ignis (m)
Tr. de Met. flatu terræ motu Regionibus, fluctus maris ab imo intumescere in
l. 1. c. 2 p. 281. summa malacia & silentibus ventis. Qvod anno circiter 1523, in
& 33. Re- mari cambajensi experti sunt Lusitani. (n)

VII.

Sic concitatbat Deus aquas subterraneas ad omnis carnis cor-
2. c. 1. p. 53 ruptionem, effudit præterea desuper in capita ipsorum ingentes a-
(m) Hamel. quarum copias, CATARACTAS, sive FENESTRAS COELI, aut
l. c. c. 1. p. obices aquis positos aperiendo. Ut colligerent homines inferius
274. pugnari & superius omnia conspirare in excidium. Non placet au-
(n) Varen. tem sententia illorum, quibus cataractæ coeli sunt aquæ supra coe-
l. c. 14. prop. lestes, effusæ scil. in diluvio super mortales. Non quidem illarum
32. p. 205. aquarum existentiam hic in dubium vocabimus, licet nec finis nec
(o) Kipping. usus illarum ostendi possit, nec composita lis sit Philolog. an illud
Exerc. 13. נְסָעַת necessario supra significet. Hic tamen loci, sive dentur, sive
De Op. Cre- non, illas per coeli cataractas non intelligi constat satis si modo lo-
at. p. 71. cum parallelum Malach. III. 10. conferamus. Ubi אֶרְכֹּת הַשְׁמִים
(p) cit. ap. de imbribus dicuntur, quos in agros mittit Deus, ut hominum boum
Dn. Ofian. labores ad opertam messem perducantur. (o)

VIII.

Rejicimus etiam P. Alliaci, Gvili, Parisiens. & P. Mechlini (r)
opinio-



opinionem, qvæ per Cataractas intelligunt constellationes inundationum productrices, qvæ tangoram DEI ministræ ad ejus mandatum vim inundandi exeruerunt. Utita illarum releratio sit tempus iſſud, qvæ Deus omnes inundatrices vires atq; influentias illis conſellarioribus inclusas veluti reſeratis clauſtris ad totius naturæ colluſionem emisit. Obſtar enim uſus Scripturæ S. modo indigitatus; obſtaſt etiam textus circumſtan- tia, qvæ nullius coeleſti influxus meminerunt; obſtaſt etiam communis omnium ferè reliquorum interpretatio, qvib⁹ cœlum phras⁹ Scripturæ pars est aeris superior, & cataractæ nubes densæ & copioſæ à Deo collectæ, qvib⁹ diſruptis copioſiſſime horriſiſco ſonitu & fragore cataractarum iſtar (ſunt enim loca prærupta & precipitia in fluviis) immensa aquarum vis ſuper terram effuſa fuit. Qvæ effuſiones nobis lingua vernacula Wöſkenbrug̃ vocantur.

IX. Ut clariora hæc evadant res ab ovo, ut aſunt, repetenda eſt, & Nubium, Pluviarumq; generatio ob oculos ponenda venit. Cum ſcil. aqua vel calore ſubterraneo vel à ſole in caleſcit partes ejus, calore variè agitantur ac commoventur. Hæc qvæ lœves ſunt, oblongæ ac lubricæ, licet inter ſe adhærent & implicantur, nunquam tamen ita copulantur, qvini facili operā à ſe mutuo divelli queant. (q) Eximia hæc (q) Anton. partiam agitatio, ob quam à ſe invicem segregantur ſolam conſtituit immu- le Grand. tationem, quæ in illa accidit, cum in vapores converti dicitur. (r) Illæ jam Hift. Nat. aquæ partes, qvæ in vapores abeunt, multi fariam ſe concutunt, & un- P. 6 Art. 1. diq; ſe invicem propellunt, ut moveri non poſſunt, niſi in altum fe- p. 258. n. 5. rantur, ubi minor qvam à lateribus aut inferiori parte fit reſiſtentia. (r) I. Ro- (s) Unde qvæ ex ſubterraneis ſpecubus à calore ſubterraneo elevatur hault. Inſt. aqua, ſi non condensetur in terra, ut fontes conſtituat, ulterius ascen- Phy. P. 3. 6. dit in aerem, & ſicut aqua à Sole elevata in vapores degenerat. 3. 5. 7. p. 518.

X. Sublati hoc modo vapores totum aera exagitant, ventosq; fa- (s) Rohan. ciunt, ſicut in æolipili aquei vapores ſubjeſto igni irritati ſuū gyris ma- l. c. §. 9. p. 519. jorem querunt locum, atq; in parentem acrem magno impetu per anguſtis- mum foramen prorumpunt. (t) Cum vero propria agitatione paulatim de- (t) I. B. du ſtituantur, magnog numero in loco quodam ſubſtant, eorumq; particule Hamel Op. ſimil connectuntur, tum neceſſe eſt eas impediare ne alio radiorum lucis ul- Philos. P. 1. tra deferatur. (u) Singula enim corpuscula nonnihil luminis reflectunt, un- Tract. de de ſimil congeſta totam regerunt lucem, vix quicquam transmittunt, in- Meteor. I. 1. cipitq; apparere nebula aut nubes, eo in loco ubi congeries illa con- 6. 3. p. 315.

tin-



Saint. Rom. tingit pro spatii qvod occupat latitudine. (x) Constituunt autem illæ
Scient. Nat. aquæ particulae vel in sensibilium guttarū magnum uumerum, si sus-
c. 13. p. 191. ficientem adhuc motum servent, quo juxta se ferantur; vel composi-
(u) rohault. tum aliquod ad modum rarum & leve, qvod nomen glaciei aut subti-
l. c. c. 12. §. p. lissimæ nivis potius meretur, quam aquæ, si omnino moveri desierint.
¶ 34. (y) Cumq; illæ aquæ guttulae aut glaciei particulae exiguae admodum

(x) Hamel fint, & promole sua multum habeant superficie, non satis habent vi-
l. c. p. 305. rium ut ipsam aeris gravitatem superare eumq; diducere possint, sed
(y) Rohault in eo manent pensiles. (z)


l. c. §. 2. XI. Disgregat nubes aliquando ventus rapidus, illas africans, ea-
(z) Hamel rumq; partes successivè abripiens, ut formam vaporum rursus indu-
l. c. p. 304. ant. Frequentius tamen liquescunt & in imbre solvuntur. Solvun-
Grand. l. c. tur autem quando condensantur, ut sat nanciscantur virium ad supe-
art. 3. n. 1. randam aeris resistentiam. Frigus hic qvodammodo concurrere non
p. 266. diffitemur, si modo nobis non negetur, alias præterea esse, immo fre-
quentiores istius condensationis causas. Si ventus adversus nubem
flans in sensibiles aquæ guttas conjungit, sic vapores novi ad nubem
delati, cumq; ejus partibus conjuncti, graviores illas reddunt. Fre-
quentissime omnium calor, qui aliquandiu terram verberavit, & ali-
quo vento superveniente procul à nobis allegatus fuit, subtilissimam nivem,
è quâ nubes constat, ad liquefactionem disponit & ad concretionem in pluri-
mos flocculos, qui aeris resistentia superare possunt, qui, si aeri frigidiori
occurrant, ad nos perveniunt eo in statu, si vero calidiora aera per-
transirent omnino colliquefacti in imbrû guttas facessunt, nunc ma-
iores nunc minores, pro diverso aeris in calefacti ad nubē appullu. (aa)

(aa) Vid.
Auth. cit.

XII. Si igitur expansæ nubes coagulantur Pluviam, si vehemen-
ter & copiosè coagulantur Cataractam dant. Propter hanc Catar-
actarum effusionem Zonam torridam magis quam propter æstus iram
in habitabilem esse, referunt. Hanc copiosam pluviarum effusionem
circa Nili fontes prope Lunæ montes, quæ hyberno illic tempore quo-
tidie duabus horis ante & post meridiem tanquam torrentes deorsum
ruunt, inundationum Nili causam esse, Varenius non improbabili-

(bb) Vare- ter censet, licet sint hodie qui ex nitro, quo fluvius ille scatet, ejus
nius Geogr. incrementum cum Dn. de la Chambre derivare malint. (bb) Sed unde
Univ. l. c. ingens illa vaporū nubiumq; vis? Supernaturaliter Deum auxisse nu-
b. prop. 20. bes existimamus, cum & alia hujusmodi, v.g. copiosa in locis, ubi nubes
p. 256. imbræ sunt rariores, pluviarum effusio, accesserint. Tantum,

F I N I S.







Aug VI 15



Sb.

Rutho
TD 17
E





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327

328

329

330

331

332

333

334

335

336